

ORATIO INAUGURALIS

DICTA

A D. D. VINCENTIO REY,

ACADEMIAE ORATORIAE MODERATORE,

CORAM ILLMO. REG. UNIVERSITATIS

COMPOSTELLANAE SENATU SACRA EJUSDEM AEDE.

XV. KALENDAS NOVEMBRIS ANNI DÑI. MCCCXXXII.



COMPOSTELLÆ:

In Typogr. hæred. à Montero, Reg. Univ. Typogr.

20 Februar. 1833.

Solvite corde metum Teucris; seducite curas.
Res dura, et regni novitas me talia cogunt
moliri, et late fines custode tueri.

Virgil. aeneidos lib. 1.º

Tempus infaustum si retro oculos convertamus! Dies gratissimus in quo reseratis Minervae delubris palam jam tradere potestis, Doctores, quae pia mater natura, quid terra, quid coelum, sidera, mores, sacra, jura, et alia occulta quae vobis esse impervia volebant. Mesiis multa vobis est quae vestrum laborem et sollicitudinem spectat: vestra erit gloria, vestra erit corona, si dum informandos juvenes suscipitis, nedum provinciae quam incolitis, sed totius regni promovebitis salutem, cum plerique summos honorum gradus obtinebunt.

Rector: & ignoras ne unde haec omnia beneficia proveniunt? Scis sane: & audies enim jucundissime quod hujus orationis cymbam validissimus gloriae, et salutis nostri carissimi Regis Ferdi-

nandi, et dignissimae Reginae Christianae ventus impellat?

Deprecor infantiam, juvenes et senes, si quae singulorum cordibus emanant vota, pari alacritate mecum proferre. Sane quidquid adecursu aliquot saeculorum profectum est in Hispanorum congratulationibus, illud omne huic cumulo aggestum pervelim. Quantum cunctis Hispaniae, Magnatum, populi-que pectoribus impressit laetitiae salutis Regis redditus, ingenii acumine quisque assequi, legitimoque gloriae laudisve caractere enunciare potest, et ex illo Providentiae coelestis thesauro efflorescere unicuique persuadendum. ¡O altitudo divitiarum! Cujusquam, ne dicam, nos estimescemus. ¿Quid est quod censoriam virgulam aversemur? Grandia conamur tenues. Caesar optime te Dominum submissis fascibus salutamus, humillimoque subjectionis, cultu vene-

ramur. Gaudeat totius Hispaniae conventus. Gaudeant illustres viri qui Minervium foris ita triverunt ut Palladea lancea armati Regem suum et jura defendunt. O fortunatos cives qui Regem ut salutare numen venerantur.

Sed si caput amplitudinis, consilii-
que publici laetitia me perfussum dictito
ꝛ cur non itidem Illustrissimos, Inclitos
et Sapientissimos ordines in societatem
clementissimae, faustissimae amicissima
congratulatione advoco nostrae Regi-
nae Christinae? Instar veris enim vultus
ubi tuus, Christina, affulsit, populo gra-
tior it dies, et soles melius nitent. Hujus
congratulationis teseram palam gerere
debent omnes, qui jure subjectionis te
colunt et diligunt, ineffabili laetitia
incenduntur, et saturninum, vereque
aureum saeculum illusive non dubitant.
Scholae etiam per opida novum spirare
florem videntur, rectamque viam qua

pervenendum est ad veras scientias, Christinae auspiciis, aliis indicari, praescribi, et loco motam, et perturbatam optimam instituendi rationem, in pristinam dignitatem reponi posse speramus.

‡ Quid ultra? Cuncta prorsus desideratissimo sidere promicante, vividius apparent. Portum nunc et littus occupamus.

Dii tibi, Christina, praemia digna ferant: ‡ quae te tam laeta tulerunt saecula? ‡ qui tanti talem genuere parentes? In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae lustrabunt convexa; polus dum sidera pascet, semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.

Finio aclamatione brevi quidem, sed cordiali.

Vivat Ferdinandus, vigeatque diu Reginae Christinae virtus.

D. D. Vincentius Rey.